

execrabilis. Qui enim hesitat. similis est fluctui
maris. qui uento mouetur & circū fertur. Qui
mordente se conscientia peccati. hesitat de
ceptione primorum celestium. facile ad impul
sionem temptationis. statum fidei deserit. qui in tran
quilla te deo seruire uidebat. & ad libitum
hostis inuisibilis. quasi ad flatum uenti per
diuersos uentorum raptat errores. Vir
duplex animo. inconstans in omnibus uis
suis. In omnibus uis. In aduersis & prosperis
iudic. Vir autem duplex est animo. qui &
ad precandum dominum genua flectit. uoces pecc
torum emittit. & tamen accusante se intus
conscientia. impetrare posse diffidit. Vir est.
duplex animo. qui & hic uult gaudere cum seculo.
& illic regnare cum deo. Hec uir duplex est animo.